

für die

## Schulfeier des Tages,

welche im Saale des Herrn Hanne gehalten wird  
und um 9 Uhr Morgens beginnt,  
werden nach einem Prolog, den ein jüngerer Schüler hält,  
folgende Primaner als Redner auftreten:

1. Friederich Heinrich Ludewig Ribock, Sohn des  
Obergerichts-Secretärs Ribock zu Lüneburg.

Thema: Betrachtungen über Schillers Lied "die Glocke."

2. Theodor Nikolaus Grote, Sohn des Thierarztes  
Grote zu Achim.

**Propositum:** Quos ludos funebres Alexander magnus  
providit, iis sunt, quamvis diversi, tamen  
similes, quibus Ludovico XVI. parentatum  
est regi Francogallorum.

3. Franz Heinrich Zimpel, Sohn des Pastors Zim-  
pel zu Elsdorf, Amts Beven.

**Thème:** L'alliance de l'Angleterre et de la France donne  
la preuve, que la haine nationale n'est pas  
quelque chose d'inné.

4. Georg August Carl Scharf, Sohn des Amtsrich-  
ters Scharf zu Harburg.

Thema: Am glücklichsten ist das Land, dessen Wohlstand  
überwiegend auf Ackerbau beruht.

Eben derselbe reihet an dieses Thema die Wünsche für  
das Heil unseres Allergnädigsten Königs und des ganzen  
Königlichen Hauses.

Die Pausen zwischen dem Auftreten dieser Redner wird  
Musik und Declamation jüngerer Schüler füllen.

Den Beschluss macht Gesang sämmtlicher Schüler unter  
Begleitung von Instrumentalmusik.



# PROGRAMM

zu einem Redeact,

durch welchen

## das Dom-Gymnasium zu Verden

den Geburtstag

Seiner Majestät, unseres Allergnädigsten Königs,

am

**27. Mai 1856 feiern wird.**

*Entstanden am 27. Mai 1856  
auf Anlaß der Feier  
des 100-jährigen Bestehens  
des Dom-Gymnasiums zu Verden.*

VERDEN,

Druck von F. Tressan.

1856.

# PROGRAM

zu einem Reheß

der

## des Dom-Gymnasiums zu Verden

der Gymnasi

unter Leitung des Herrn Direktors

1808

Seit dem 12. Jahrhundert

ALTBURG

Durch den Herrn

F. G. F.

## Inhalt.

- 1) Disputatio de verborum „ώς ἐν τοῖς περὶ ἔκεινου γέγραπται“ formula ejusque consimilibus, quae saepe leguntur in Plutarchi vitis. *H. G. Plass.*
- 2) Schulnachrichten.
- 3) Uebersicht über die Schulfreierlichkeit, zu welcher im Namen des Gymnasiums gehorsamst einladet der Director *H. G. Plass.*

## Iudicium

### Disputatio

De verborum „ώς ἐν τοῖς περὶ ἔκεινου γέγραπται“ formula  
eiusque consimilibus, quae saepe leguntur

in Plutarchi vitis.

### Disputatur

de verborum „ώς ἐν τοῖς περὶ ἔκεινου γέγραπται“ formula  
eiusque consimilibus, quae saepe leguntur  
in Plutarchi vitis.

atrum, opte narguny, br, oglio, tsidam, airoque  
rigillini, zilas, min, si, cno, tpe, ppe, et Rommum.  
an, penir, unq, endo, itib, zilas, ni, dne,  
unq, rur, bee, zilas, aeo, apica, obo, a  
stendit, ait, supandip, silens, mto, mto, mto,  
mto, mto, non, ell, za, am, mto, mto, mto,  
mto, mto, mto, mto, mto, mto, mto, mto.

**Q**uod plerisque omnibus accedit, ut, publice re-  
gentes juvenum exercitationes, privata simul studia in  
re aliqua ponerent, quae ad subtiliorem referenda  
artis doctrinam; idem usu venit mihi, per compluria  
lustra qui moderatus sum ea secundae classis alum-  
norum conata, quibus Plutarchi vitas legentes tam  
linguae graecae scientiam augere quam mentis animi-  
que facultates colere studebant. Namque — alia hoc  
tempore ut omittam — id privato consilio spectabam,  
num ex ipsis Plutarchi verbis posset probari, quo  
deinceps ordine vitae illae essent compositae.

Consecutum me jam esse, quod petebam, nequa-  
quam ausim contendere; tantum vestigia quaedam  
mihi videor deprehendisse, quae aut tam lubrica sint,  
ut certo gradu nemo per ea incedere possit, aut tam  
breve viae emetiendae spatium prodant, ut, qui ea  
perseguatur, mox quasi in praerupto haeret. Ad hoc  
vestigiorum genus refero, quod Plutarchus in Thesei  
cap. 1 se dicit, absolutis eorum vitis, quorum certa  
constet memoria, jam transire ad alios, quos fabulosi

## Dissertat

alium  
"moxq, qd, qd, qd, qd, qd, qd, qd, qd, qd,  
alium  
elundre, conuictr, qd, qd, qd, qd, qd, qd, qd,  
attiv, infatuon, m, Plutarchi

temporis ambiat caligo, ad Lyceurgum atque Numam, Theseum et Romulum. Ex his enim verbis intelligitur, quae in nostris editionibus legantur primae, eas a Plutarcho scriptas esse ultimas; sed plura, quae universam temporum singulis quibusque vitis tribuendorum quaestionem solvant, ex illis non efficiuntur. Consimiles sunt alii auctoris loci. Etenim in Demosth. cap. 3 legimus, vitas Demosthenis et Ciceronis constituere quintum, quem Plutarchus scripsisset, vitarum parallelarum librum; in Pericle cap. 2, hunc et Fabium Maximum contineri libro decimo; in Dione cap. 2, hunc atque Brutum inter libros esse duodecimum: verum tamen ad universam rem expediendam haec vestigia parum valent, quum jam quaeratur, ad quem ordinis locum reliquae vitae sint redigendae, et deficientibus certis vestigiis sit configiendum ad alterum illud genus, quod dixi lubricum.

Quod quale intelligatur, ut primum tibi constet; multis locis Plutarchus videtur scrisisse, alia in vita se rem aliquam aut strictim attigisse aut uberiorius exposuisse. Quibus lectis, temere induceris in eam opinionem, fieri posse, ut totus, quo aliae alias excipiunt vitas, enucleetur ordo; neque enim quisquam non dabit, posteriorem esse scriptum librum, qui, quae tradat, ad alium referat eumque jam in vulgus emissum. Verum tamen species fallit. Nam ubi talia invenimus interposita, ibi plerumque legimus verborum formulam „ινς εν τοις περι έξεινοι γέγραπται“ aut

ita expressam aut paullulum immutatam; quae quidem, etsi non viderim, eam in ullo Plutarchi vel editore vel interprete suspicionem movisse, tamen nullius certae est auctoritatis atque fidei, sed plerisque locis non tam a Plutarcho putanda est profecta, quam ab aliis, qui omnes vitas in corpus unum collectas manu tenebant, intrusa. Nescio an sint, quibus hoc videatur audacius dictum. Qui si malunt contendere, deberi illam formulam alteris quibusdam ipsius Plutarchi curis eamque confectis jam vitis postea ab auctore multis locis esse appositam, negari quidem nequit, posse rem ita se habere, sed simul tamen concedendum est, ex illa formula, si tali modo scriptis postea sit addita, non effici, quo ordine Plutarchus vitas deinceps composuerit.

His praemissis, relinquamus jam hoc loco universam, quae latius patet, quaestionem et angustioribus finibus disputationem circumscribentes id disseramus, eur illa verborum formula et quae ejus similes nulla sint tam certa auctoritate, ut, qui tempora singularum vitarum origini tribuenda velit constituere, hunc liceat ab ea petere auxilia.

Primum argumentum, quo possis vineere, dubia esse fide illam formulam, inititur in primo, quod jam laudavi, Thesei capite. Ibi Plutarchus, sua comparans studia cum eorum, qui descripto terrarum orbe, quam late cognitas amplectatur, jam addant, ulteriora esse

vasta et nebulosa, his dicit similes esse, ad quas ipse progressurus sit, Lycurgi Numaeque, Thesei Romu lique vitas, eos excipientium, quos certa rerum historia vindicet. Quem totum locum si legeris, infitias non ibis, vera esse quae scripsi, sive quatuor has vitas esse adornatas, compositis jam et emissis ceteris omnibus, quae ad nos pervenerint. Nihilo minus, adhibita illa formula, in aliis vitis res saepe refertur ad quattuor illas et quidem, quo tempore ad eas delegatur, nondum scriptas. Ita fit, ut suspicio oriatur, non Plutarchum, sed alium quendam, qui doctrinae vanitatem non continebat, in margine illam formulam addidisse. Exempla ut habeas, affero complures ejus generis locos:

- 1) Camillus cap. 33 in fine: „ώς ἐν τοῖς περὶ ἔκεινοις (i. e. Romuli) γέγραπται“. Quasi Camilli post Romili vitam esset scripta; sed haec et Thesei vita proximas excepérunt Lycurgi et Numae, id quod liquidis verbis dicit Plutarchus (Thes. cap. 1), et accedit, quod in Numa cap. 9 et 12, non adhibita illa formula, sed aliis verbis iisque haud aquam dubiae auctoritatis asseritur, aliquid uberius esse expositum in Camillo, jam dudum emissio. Haec inter se tam rectis frontibus certant, ut formula „ώς etc.“ falsa videatur habenda esse et ne posteriori quidem ipsius Plutarchi curae tribuenda.
- 2) Marcus cap. 39: „ώς ἐν τοῖς περὶ ἔκεινου γεγραμμένοις

δεδηλωται“, ubi ἔκεινος est Numa, quamquam serius descriptus. 3) Agesilaus cap. 4: „ώς ἐν τοῖς περὶ Λυκούργου γέγραπται“, et cap. 22 eadem verba. 4) Caesar cap. 59: „ώς ἐν τοῖς περὶ ἔκεινου γέγραπται“, ubi ἔκεινος est Numa. 5) Videtur ejusdem generis esse locus, qui in Cleomenis cap. 12 legitur: ὦ δὲ ἔχει τὸ τοιοῦτον τῆς παιδείας εἶδος ὑφέλειαν, ἐν τῷ Λυκούργου βίῳ γέγραπται.“ Namque illa quidem formula non adhibetur, ipsa tamen verba redundant, et Cleoménis vita est prius scripta quam Lyceurgi. Omnibus igitur his locis commune est, quod ad vitas delegant virorum, quos ipse Plutarchus ad fabulosam referte antiquitatem et a se dicit, editis iam vitis eorum, certa quorum memoria servetur annalibus, submissos esse. Est vero etiam alterum locorum genus, qui prorsus illius formulae auctoritatem revertunt, quia, in partes non vocatis, quae in illo Thesei capite leguntur, tamen cum aliis contendunt adversis frontibus. Namque in vita Caesaris (cap. 62) inveniuntur verba: „δι’ αἰτίας, ᾧ ἐν τοῖς περὶ Βρούτου γεγραμμένοις δεδηλώκαμεν“, et (cap. 68): „ἄλλος καὶ πράξαντες καὶ παθόντες ἐτελεύτησαν, ἐν τοῖς περὶ Βρούτου γέγραπται“; nec ulla reperitur causa, cur dubitemus, haec ab ipso Plutarcho esse profecta. Quod tamen si verum est, simul sequitur, Brutus vitam prius esse scriptam quam Caesaris. Nihilo minus in

Bruto (cap. 9) legimus: „ώς ἐν τοῖς περὶ Καίσαρος ἀκριβῶς γέγραπται“, quasi Caesar prius esset compositus; ut suspicio, adulterinam esse hanc formulam, quam gravissime confirmetur. Pari prorsus modo in Timoleontis cap. 33 scriptum reperitur „περὶ ὧν ἐν τῷ Δίωνος γέγραπται“, rursus in Dione cap. 58 „περὶ ὧν ἐν τῷ Τιμολεόντος βίῳ καθ' ἔκαστα γέγραπται“; ut altero loco Dion, altero Timoleon dicatur prior emissus. Mihi quidem neuter locus videtur Plutarcho deberi; id tamen constat, fraude aliqua esse interposita, quae non ad illum auctorem referenda, et denuo augeri suspicionem, qua dixi illam ejusque similes verborum formulas pressas.

Quae eadem reperiuntur — qui est tertius hujus disputationis locus — in multis aliis vitiis, quarum alterae ad alteras quo temporis ordine referantur non liquet; ut illae in dubium quidem vocari possint ob suspicionem jam aliis de causis ortam, nec tamen ipsae per se novas afferre dubitandi rationes. Paucis enumerabo complures hujus generis locos:

- 1) Theseus cap. 27 „περὶ ὧν ἐν τῷ Δημοσθένους βίῳ γέγραπται“; quae verba, utut otiantur, minus tamen offendunt, quia sine dubio Demosthenes est prior scriptus.
- 2) Marcius cap. 33 „ώς ἐν τοῖς περὶ ἔκεινου δεδηλώκαμεν“, ubi ἔκεινος est Publicola. Quae si Plutarchus scripsit, Solonis et Publicolae vitae aetate antecedunt Alcibiadem et Marcium; nec tamen hoc veri est simile, quia ex Synerisi Sol. et Public.

cap. 1 intelligitur, has vitas esse scriptas, plurimis jam editis, fortasse paullo ante quatuor illas virorum, qui ad fabulosa referuntur tempora.

- 3) Fabius Maximus cap. 19 et 22; quibus locis si fides habetur, Pericles et Fabius sunt pserius descripti quam Pelopidas et Marcellus: quae res sub judice est relinquenda.
  - 4) Agesilaus cap. 28, ubi delegamur ad Epaminondam.
  - 5) Pyrrhus cap. 8, ubi ad Scipionem.
  - 6) Tib. Gracchus cap. 21 et C. Gracchus cap. 10, ubi ad Scipionem eundem, qui non ad nostra pervenit tempora.
  - 7) Pompejus cap. 16, ubi ad Brutum.
  - 8) Cato major cap. 12, ubi ad Flamininum.
  - 9) Philopoemen cap. 8, ubi ad Aratum.
  - 10) Pericles cap. 9, ubi ad Cimonem.
- Totum hocce tertium locorum genus, ut dixi, ad rem expediendam nihil facit, quia solidum deest vestigium, in quo, qui telas velit in illius formulae auctoritatem conjicere, possit consistere.
- Auxiliares tamen mittit quartum locorum genus; qui loci sine dubio ab ipso Plutarcho scripti tantum abest ut inficiantur formulae illius suspicione, ut in verborum continuatorum comprehensione partem aliquam constituant, quam non liceat deleri. Possit in hunc ordinem redigere, quae verba in Nicia (cap. 28)

leguntur „ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν τῷ Λυσάνδρου βίῳ μᾶλλον γέγραπται“, praecipue spectans vocabulum „μέν“; minus tuo jure, quae in Phocione (cap. 29) „περὶ ὧν ἐν ἄλλοις γέγραπται“, quae verba satis otiantur, et quae in Tib. Graccho (in fine), ubi legitur quidem illud „μέν“, sed bene deesse potest, quamquam sequitur „Γάϊος δὲ Γράχος“. Rectius locum suum tueruntur in Romulo (cap. 21) verba „καὶ περὶ αὐτῶν ὅσα καλῶς εἶχεν ἐν τῷ Νομῷ βίῳ γέγραπται“; rursus in Pericle (cap. 22) adest quidem illud „μέν“, sed si tota deletur sententia, nihil desideras. Haec igitur leviora. Gravioris momenti videntur esse verba, quae in Caesare (cap. 35 leguntur): „ώς ἐν τοῖς περὶ ἔκεινου (Pompeji) γραφησομένοις τὰ καθ' ἔκαστα δηλωθήσεται“; namque nescio annex iis sequatur, Plutarchum, quum Caesaris vitam scriberet, jam cum animo suo habuisse constitutum, proximo tempore addere Pompeji. Sed omnium maxime insignis est locus, qui in Antonio (cap. 69) legitur: „Λουκλίφ, περὶ οὗ δι' ἑτέρων γεγράφαμεν, ως ἐν Φιλίπποις etc.“; nam nullum omnino Plutarchi locum novi, qui alias vitas nos spectare eo modo jubeat, ut ex tota verborum comprehensione prorsus non liceat deleri ea, de quibus agatur, verba.

Haec fere sunt, quae ad hoc usque tempus in Plutarchi vita inveni maxime facientia ad quaestionem, quam proposui, habendam. Ingenue profiteor, rem nondum eo esse adductam, ut certum judicium possit ferri. Constat, Plutarchum passim addidisse, ex quibus, qui accuratius animum intendat, intelligere possit,

quo ordine hae illae vitae se excipient; sed nisi contendis, plerarumque vitarum editionem posterioris curae ad nostra pervenisse tempora, non minus constat, plurima, quae ad illud vestigiorum genus referenda, non esse ab ipso auctore profecta, sed a lectoribus in margine affixa et inde in nostras editiones translata. Quas miror, quum se jacent purgatas et puras, spurca illa retinere quasi pia superstitione sacrosaneta.

## Schul-Nachrichten.

Ost. 1855 — Ost. 1856.

### a. Zur Chronik des Gymnasiums.

In den Tagen Juli 30., 31., August 1. inspicierte das Gymnasium der Herr Oberschulrath Dr. Kohlrausch, der sich in der Schluss-Conferenz sehr zufrieden erklärte und die Richtung beibehalten wünschte, in welcher hier von der zunächst vor dem Jahre 1848 üblichen sehr wenig abgewichen ist. Die Forderungen, welche damals gestellt wurden, erschienen im Ganzen als die richtigeren und auch als sehr wohl zu erreichen, während dem schlaffen Herabstimmen, welches angeblich nur die Gesundheit der Schuljugend berücksichtigt, nicht weiter nachzugeben wäre. Will man für leibliche und geistige Gesundheit der Jugend sorgen, so möchte auch keiner ein ärgerer Irrweg sein als der, ihr aber und abermals anzuempfehlen, daß sie sich ja schon und nicht übermäßig für ernste Thätigkeit anstrengt; der Fehler ist vielmehr der, daß heut' zu Tage der Jugend immer weniger eingeschärft wird, das Leben sei zur Erfüllung wichtiger Pflichten, nicht zum möglichst frühen, reichlichen und mühelosen Genusse bestimmt.

Vom 20.—25. August inspicierte und leitete der Herr Turnlehrer Meß aus Hannover die Turnanstalt.

In dem Personal der Lehrer ist keine Veränderung vorgefallen; nur ertheilt seit dem Tode des Musiklehrers und Organisten Grabau den Unterricht im Gesange der Herr Zech, Musik-Director bei dem Königl. Garde-Husaren-Regimente.

Weil der Herr Landrat und Bürgermeister Pfannkuche im Herbst vorigen Jahres in Pension gegangen ist, hat Königliches Ministerium der geistlichen und Unterrichts-Angelegenheiten den jetzigen Herrn Landrat und Bürgermeister Münchmeyer zu seinem Nachfolger in der Abiturienten-Prüfungs-Commission ernannt. Mitglieder des Collegium scholarchale sind jetzt von Seiten der Stadt der Landrat Münchmeyer vermöge seines Amtes und der Syndicus Dr. Scharf nach Wahl des Magistrats.

Wegen der stärkeren Frequenz an Schülern konnte der Gehalt der Lehrer etwas erhöht werden, nur daß diese Erhöhung bei abnehmender Frequenz wieder wegfällt.

### b. Zur Statistik des Gymnasiums.

Im Sommer-Semester (1855) erhob sich die Schülerzahl auf 154, die höchste, welche bis dahin das hiesige Gymnasium erreicht hatte; doch sank sie im folgenden Winter

auf 145 zurück (denn Verdener werden nur um Ostern angenommen) und beträgt jetzt 156. Stärker sind besonders die mittleren und unteren Classen geworden; und wenn früher meistens alle Classen an Schülerzahl sich ziemlich gleich waren und zwischen 16 und 20 schwankten, indem die drei oberen weit überwiegend von Auswärtigen, die drei unteren ebenso überwiegend von Einheimischen besetzt waren, so hat sich dies jetzt wesentlich geändert, da in diesem Augenblicke enthalten:

1. Prima . . . . .	12	Schüler
2. Secunda . . . . .	22	"
3. Tertia . . . . .	31	"
4. Quarta . . . . .	32	"
5. Quinta . . . . .	28	"
6. Sesta . . . . .	31	" = Summa: 156.

Von diesen sind Realisten in der Secunda 3 und in der Tertia 7, welche zusammen die erste Realklasse bilden, und in der Quarta 15, welche die zweite Realklasse ausmachen.

Zur Universität sind abgegangen:

1. Michaelis 1855:

1. Georg Hans Ludewig Kirchhoff, Sohn des Amtmanns Kirchhoff zu Bergen bei Celle; studiert Jura in Göttingen.

2. Johannes Friederich Heinrich Rechtern, Sohn des Rentmeisters Rechtern in Achim; hat bis October vorläufig eine Hauslehrer-

Stelle angenommen und studiert jetzt Theologie in Tübingen.

3. Georg Wilhelm von Düring, Sohn des weil. Generalmajors von Düring, gebürtig von Nottendorf bei Harsefeld; studiert Jura, zunächst in Heidelberg.

4. Johannes Heinrich Gerhard Brüning, Sohn des weil. Superintendenten Brüning zu Selsingen; studiert Jura, vorläufig in München.

5. Adolph Wilhelm Theobald, Sohn des Pastors Theobald zu Midlum, Amts Dorum; studiert Philosophie und Philologie in Göttingen.

2. Ostern 1856.

1. Julius Christian August Uffelmann, Sohn des Dr. med. Uffelmann zu Beven; hat vorläufig eine Hauslehrer-Stelle angenommen, und wird demnächst Philologie studieren.

2. Georg Friederich Hezer, Sohn des Rittmeisters a. D. Hezer zu Hildesheim; studiert Jura in München.

3. Karl Heinrich Theodor Vorstelmann, Sohn des Pastors Vorstelmann zu Neuenkirchen, Amts Schneverdingen; studiert Theologie in Tübingen.

4. Gerhard Carl Wilhelm von Bothmer, Sohn des Majors a. D. von Bothmer zu Bothmer, studiert Jura in Heidelberg.

Alle diese sind mit dem Zeugniß der Reife und zwar in den einzelnen Fächern mit den Prädicaten „sehr gut“, überwiegend „recht gut“, hin und wieder „gut“, dagegen auch „vorzüglich gut“ abgegangen. Außer diesen stellte sich hier zur Prüfung

**Georg Gustav Konrad König**, Sohn des weif. Pastors König zu Otterndorf, um demnächst Theologie zu studieren.

Er hatte wegen Familien-Verhältnisse das Gymnasium zu Zwickau in Sachsen besucht und erhielt das Zeugniß der Reife mit einem modifizierenden Zusätze.

Außerdem gingen im Verlaufe des Jahres von dem Gymnasium 32 Schüler ab, die Mehrzahl zu verschiedenen Berufsorten, einige wegen Versetzung der Väter, zwei zu anderen Gymnasien, drei auch wieder zurück zu den Eltern.

Neu aufgenommen wurden 43 Schüler, nämlich zu Michaelis 1855 9 Schüler und zu Ostern d. J. 34 Schüler.

### c. Sammlungen und Apparate.

Die Schulbibliothek ist ansehnlich bereichert. Sie erhielt im Laufe des Jahres 1855 als Zuwachs:

#### 1. An Geschenken:

Von hohem Königl. Ministerium des Cultus:  
**Flora hannoverana**, Ließ. 4, 5 und 6 in einem Folio-Bande nebst einem Bande Kupfer in Folio.

Hoyer Urkundenbuch von Wilh. von Hodenberg in 4.  
Kalenberger Urkundenbuch von Wilh. v. Hodenberg in 4.  
Von Königl. Oberschulcollegium (oder doch durch dasselbe).

**Plinius hist. natur. ed. Sillig** Bd. IV. und VI.

**Seb. Bach's Werke**. 4. Bd.

Zeitschrift des historischen Vereins für Niedersachsen.  
Jahrg. 1852. Erstes und zweites Doppelheft.

Vom Herrn Landrath Pfannkuche hieselbst.

**Meibomii scriptores rerum germanicarum**. (Tom. 1—3  
in fol. in einem Bände.)

**Mascovii**, Geschichte der Deutschen bis zum Anfange  
der fränkischen Monarchie in 4.

**Leibnitii scriptores Brunsvicenses**. 3 Bd. in fol.

Rehmeye's Braunschweig-Lüneburg. Chronik, in fol.

Lofius, Gedächtniß Christoph's von Wrisberg, in fol.

Pfeffinger's Historie des Braunschweig-Lüneburgischen  
Hauses. 3 Bd. in 8.

Rathleff's Geschichte der Grafschaften Hoya und Diepholz, in 8.

Cassell's Bremensia. 2 Bd. in 8.

Cassell's Sammlung ungedruckter Urkunden zur Aufklärung der Geschichte Bremens, in 8.

Bremen- und Verdensche Miscellen von Wolff. 3 Hefte  
in 8.

Von dem Herrn Amtmann F. W. Meister:  
Herzberg am Harz, in historisch-statistischer Rücksicht  
von dem Amtmann F. W. Meister, in 8.

Miscellanea des Amtmanns F. W. Meister, in 8.

Beide waren mit einem lateinischen Schenkungsschreiben begleitet, in welchem sich der Hochbegatte dankend dessen erinnerte, daß er hier Schüler gewesen wäre.

Von dem Herrn Collaborator Dissen hieselbst:  
Lessings Leben des Sophokles in 8.

Pomponius Mela de situ orbis ed. Isaac Voss, in 4.

Von der Versammlung der Real-Schullehrer zu  
Hannover:

Zeitschrift des Architekten- und Ingenieur-Vereins zu  
Hannover Bd. 1. Heft 2.

Außerdem sehr viele Schul-Programme.

2. Angeschafft mit den ordentlichen und außerordentlichen  
Mitteln der Schulbibliothek:

Machiavelli's Werke, aus dem Italienischen übersetzt  
von Ziegler, 8 Bd. in 8 (auf einer Auction ange-  
kauft).

Voltaire's sämmtliche Werke, Gothaer Ausgabe; 100 Bd.  
in 8 (aus einer Privat-Bibliothek angekauft)

Angeologie oder die Gefäße der alten Völker, von Dr.  
Joh. Heinr. Krause, in 8.

Grundlinien der neueren ebenen Geometrie von Christ.  
Paulus, in 8.

Die Elemente der Mechanik des Himmels von Aug.  
Friedr. Möbius, in 8.

Geschichte des Volkes Israel von Heinrich Ewald,  
zweite Ausgabe, 5 Bde. in 8 und 1 Bd. Anlagen  
zu Bd. 2 und 3, enthaltend die Alterthümer.

Griechische Kriegsschriftsteller von Köchly und Küstow;  
2 Thle. a und b in 8.

Ritter's Erdkunde, 17. Bd., zweite Abtheilung.

Geschichtswerk von Ulfert und Heeren:

1. Geschichte von England, Bd. 4; Fortsetzung von  
Pauly.

2. Geschichte von Schweden, Bd. 4; Fortsetzung  
von Carlson.

3. Geschichte des osmanischen Reiches, von Zink-  
eisen, Bd. 4.

Allgemeine Encyclopädie von Ersch und Gruber. Abthl. I.  
Bd. 60, und Abthl. II. Bd. 31.

Tristan und Isolde von Simrock, 2 Bde. in 8.

Gesammelte Werke des Grafen Aug. von Platen, 5 Bde.  
in 8.

Joh. Ladislaus Pyrker's Werke, 3 Bde. in 8.

Geschichte der römischen Literatur von Bähr, 3. Bd.

Römische Geschichte von Mommsen, Bd. 2.

Für den physikalischen Apparat und das Naturalien-  
Kabinet ist dies Jahr nichts angeschafft, und bei der Turn-  
Anstalt waren die Geräthe nur zu erhalten.